





Kern 86
(1-54; a-g)

(30)

DESIGNATIO LABORVM

QVOS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
IMMINENTE SEMESTRI AESTIVO

AD
STVDIOSAE IVENTVTIS INSTITVTIONEM
IMPENDERE CONSTITVERVNT.

PRORECTORE
IOANNE IVNCKERO
MEDICINAE PROFESSORE.



P. P. D. XVI. APRIL. MDCCLVI.



LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS
AC
PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARIJ.



IO. IVNCKER de formulis medicamentorum praescribendis lectionibus publicis praecepta tradet & simul Auditores in eo scribendi genere exercbit. Horis *privatis* Therapiam specialem per singulos morbos explicabit & memorabilibus exemplis passim illustrare operam impendet. *Privatissima* schola profectiones, consueto more, in praxi clinica exercbit.

IO. ERNESTVS FLOERCKE publice hora IV-V. Prae lectiones ad Praenotiones suas Jurisprudentiae Ecclesiasticae instruet. *Privatim* hora VIII-IX. B. AUISTRVII Jurisprudentiam Romano-Germanicam & hora IX-X. BOEMMERI Institutiones Juris Canonici explicabit. Hora XI-XII. tradet *ius publicum secundum MOSERI Graud Riß der heutigen Staats-Verfassung des teutschen Reichs*. Denique hora III-IV. praecunte KNORRIO in seiner Anleitung zum gerichtlichen Proceß exponet modum procedendi in iudicio, exercitia laboratoria atque relationis actorum cupientibus ministraturus.

IO. ANDR. DE SEGNER, Publice, praemissis generalibus Opticae principiis, tradet artem *Scenographicam* hora II. Huius praecepta dicabit. *Privatim* autem docebit *Astronomiam* hora IX. *Physicae experimentalis* cursum denuo aspiciabit, secundum introductionem suam, hora XI; atque *Arithmeticam, Geometriam & Trigonometriam*, ex nova Elementorum suorum editione, explicabit hora III.

LECTIO-

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVST. FRANCKIVS historiam passionis Dominicae ex Matthaei euangelio praecipue pertractabit, paraeneses confusetas ex epistolis pastorali- bus depromet, & prioris epistolae ad Timotheum exegetis cum alicuius applicatione coniunctam continuabit.

CHRISTIANVS BENEDICT. MICHAELIS privatis praelectionibus hora x. oracula Prophetarum Ieremiae & Ezechielis, ex Ebraeis; hora vero xi. Epistolas Pauli ad Romanos, Corinthiosque ex Graecis fontibus interpretabitur.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. h. v. i. i. i. *theologiam dogmaticam* auspicabitur; h. xi. vel delecto auditorum nomina professorum numero *historiam christianam* enarrabit. vel libros symbolicos illustrabit, quod ex valuis mature significabitur; h. i. i. i. *theologiae moralis* explicationem ad finem perducet, eaque *scripturae hermeneuticam* sacram tractabit; h. vi. post absolutam *antiquitatum christianorum* illustrationem, disputandi exercitationes instaurabit bis per hebdomadem atque *Pauli ad Philippenses* epistolam interpretabitur.

IO. HENR. CALLENBERG, absolutis Prophetis minoribus, & qui illis addeban- tur, Esra atque Nehemia, in pertractandis V. T. libris *difficilibus* nunc se ad *Iesaias* explicationem conferet: perget praeterea in tradendis *vindictis* posteriorum V. T. loco- rum, qui ad *Messiam* spectant.

IO. GEORG. KNAPP primo *Theologiam dogmaticam* rursus auspicabitur, partem primam per aestatem explicaturus. Deinde *praecepta hermeneutica* tradet, illaque simul *interpretationes libri alicuius biblici* vel ex V. vel N. Testamento *ad usum transferet*. Denique die Domini in *asceticis* h. v. — vi. vespertina sedulo perget.

IO. SALOM. SEMLER *Psalms* hebraicis recte intelligendis praeibit; *Euangelii Ioannis* Caput Ium, eiusdemque *Epistolas* interpretabitur; atque aut *introductionem in Vetus Testamentum* criticam, aut in *historiam conciliorum*, suppeditabit. Nec deerit, si qui *disputando* exerceri voluerint.

I V R I D I C A E.

IO. TOBIAS CARRACH *privatim* 1) *Doctrinam Pandectarum* LYDOVICI horis confusetas interpretabitur. 2) *Ius Feudale* STRVVIO praecunte tradet, 3) nec non *Iurisprudentiae Criminalis Elementa* PERILL. DN. BOEHMERI explicabit, vii & Colle- gio *Processuali* elaboratorio illis inferuier, qui ante collegiorum initium nomina sua dabunt, horas laboribus commodas nondum designatas ex tabulis publicis propediem indicaturus.

DANIEL NETTELBLADT hora vii. ad V. C. EISENHARTI institutiones iuris Germanici privati commentabitur. Vtrumque systema suum, scilicet systema iuris positivi, hora viii & x, systema iuris naturalis vero, hora ix interpretabitur, vii & hora xi. STRVVII elementa iuris feudalis.

PHIL. IAC. HEISLER per instans semestre aestiuum interpretabitur horis vii. x. & ii. b. LYDOVICI *doctrinam Pandectarum*. Hora viii. b. ENGAVII *elementa iuris criminalis Germanico-Carolini*. Hora xi. b. HEINECCII *elementa iuris civilis secundum ordinem Institutionum*. Denique post ferias penecostales collegium *examinatorum* rursus aperiet.

IO. CHRIST. WILHELM STECK I) Hora vii—viii. *Ius Digestorum* interpreta- bitur, secundum *Introductionem* b. IVST. HENN. BOEHMERI. II) Hora viii—ix. *Institutiones Iuris Civilis* explicabit duce IO. GOTTL. HEINECCIO. III) Hora ix—x. *Ius Canonico-Pontificium* praecunte IVST. HENN. BOEHMERO enarrabit. IV) Ho- ra x—xi. *Iuris Digestorum* iterum continuabit interpretationem, sec. IVST. HENN. BOEHMERVM. V) Hora xi—xii. *Ius Germanicum* proponabit, adhibitis IO. RVD. ENGAVII *Elementis Iur. Germ.* VI) Hor. pomerid. iii—iv. *Iuris Publici* I. R. G. do- ctrinam tradet secundum IO. IAC. MASCOVIVM. Si qui essent ex suauissimis com- mitionibus, qui *Praxin Cancellariae & Iuris Publici: Staats- und Canzley Praxin*, me duce addicere gestirent, cum illis de hora & ratione instituti privati transigam. Caeterum omnes has praelectiones intra semestre spatium exactissime absolvam.

M E D I C A E.

MICHAEL ALBERTI *Functione publica* Calus fortuitos, vitae perniciosos, ex- plicabit. *Privato* instituto vili Medici *Curfus* continuatione a ix. ad xnam *Thera- piam* Generalem, a x. ad xi. aut *Chirurgiam* pharmaceuticam aut *Medicinam* Foren- sem commendabit: reliqua Collegia b. c. D. continuabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis in praelectionibus*, diebus ac horis con- fusetis, commentabitur in *Ioann. Bernh. de FISCHER* Tract. de *Senio* eiusque morbis.

Priva-

Privato studio hora VII. ad VIII. simplicium medicamentorum, ex tribus Naturae regnis desumptorum, facultates & usum exponet; hora VIII. ad IX. & X. ad XI. Therapiam specialem, vna cum necessariis regulis & cautelis practicis, in morborum curacionibus observandis, perspicue tradet, & hora XI. ad XII. vires atque usum compositorum medicamentorum, iuxta Praelectiones nuperrime auctas b. SCHVLZII in Dispensator. Boruffo-Brandenburg. explanabit, singulosque hos labores finitis nundinis, d. XXIV. Maii. b. c. D. aufpicabitur.

FRIDERICH HOFFMANN, publice hora X-XI. physiologiam praeleget, in compendium ex Physiologia b. Parentis extractum; priuatim vero, hora XI-XII Pathologiam docebit, sique quidam collegium chemicum expectent, de ho. a haec collegio destinanda cum eo colloqui possunt. Initium harum lectionum erit, finitis instantibus nundinis Lipsientibus, die XXIV. Maii.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER publice de hominis generatione aget. *Privato studio diebus Mercurii & Veneris hora I. libellum BASSII de facis exponet, applicandasque monstrabit. Reliquis in diebus hora II. ad obiectum compendi Rodererianae fundamenta artis obstetricariae tradet theoretico-practica. Hora III. vero praesente Illustri HEISTERO Chirurgiam medicam & manualementem docebit, atque operationes in cadaveribus instruet.*

PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS publicis praelectionibus hora III. doctrinam de Accentibus Ebraeorum, tum Profaicis tum Metricis, subsidio hermeneutico, quo careri in Codice sacro Ebraeo explicando vix potest, ad ductum libelli a Filio suo editi declarabit: eiusque ostendet usum.

MICHAEL ALBERTI, Munere publico Systema *Physicum*, vsui Medico accommodatum, ad ductum suarum positionum, typis profantium, interpretabitur.

IO. IOACHIMVS LANGE publice h. VII. matutina *Mathesiu puram* demonstrabit. Priuatim h. I. *physicam*, & h. IV. *Clementiam*, vtramque dogmaticae & per experimenta tractabit. Hora VI. vesp. auditores ad *Geometriam practicam* domi praeparabit, horis pomeridianis die saturni in campo exercendos. Selectis auditoribus explicabit *den Grundriß einer Anweisung, wie man sich die in und um Halle vorkommende Naturalia und Artificialia zum künftigen Nutzen im gemeinen Leben bekannt machen solte*, & communis horis eosdem in rem ipsam deducet.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis recitationibus *Anthropologie* explicationem destinavit, priuatim autem comminabitur in WALLERII *Hydrologiam*; deque harum lectionum initio ac horis iisdem destinandis, consueto tempore seorsim Dn. Committiones e valus publicis certiores reddet.

FRIDERICVS WIDEBVRG Deo propitio a IX-X. *Historiam Imperii Germanici* ad SCHMAYSI *Historisches Jus Publicum*: a X-XI. *Historiam Vniuersalem* ad L. B. VFFENDORFII introductionem: ab XI-XII. *Historiam Germaniae recentiore* saeculorum XVI. XVII. & XVIII. memorabilibus factis euentisque copiosissimam, ampliori apparatu ad P. H. STRUVIANI compendii, tradet. Publicas lectiones suo loco & tempore indicturus, initiumque facturus d. 24. Maii.

IO. HENR. CALLENBERG iactis *Rabbinicae* & recentioris Iudaeorum litteraturae fundamenta plura superstruet; nec deerit in *Arabismo* expectentibus institutionem.

IO. FRIDERICVS STIEBRITZ praeter lectiones *oeconomicas*, quas desiderantibus offert, hora IX-X. *Metaphysicae* praeccepta ad ductum WOLFFII, h. X-XI. *fundamentales ebraicas*, praesente DANZIO, tradet; hora vero III-III. *Tobum* & librum *Cobeleth* ex fonte ebraico interpretabitur; h. denique III-IV. *Logicas* scholas aperiet.

GE. FRID. MEIER docebit hor. X-XI. *Jus Naturae* & III-IV. *Logicam* ad ductum Compendii sui. Priuatissime IX-X. *Aetheticam* interpretabitur.

EXTRAORDINARIAE.

ADAMVS STRVENSEE hora IX ordinem saluis ad ductum catechismi b. LUTHERI exponet; hora III epistolam Pauli ad Galatas interpretabitur; hora VI diei lunae exercitia homiletica cum numero selecto instruet, & quae monenda sunt, per amice indicabit: eadem denique hora diei martis lectiones aeternae in priorem Pauli epistolam ad Timotheum continuabit.

GOTTLIEB ANASTAS. FREYLINGHAVSEN perget in explicanda *Theologia dogmatica*, alteram illius partem s. Anthropologiam tractaturus. In scholis ebraicis primo *pensa* quaedam *historica* notabiliora ex Pentateucho aliisque libris historicis V. T. interpretabitur, deinde vero *disquisitionem librum* subiiciet. Nec deerit iis qui disputando examibus theologicis porro exerceri voluerint.

10. FRIDERICVS IOACHIM *Ius publicum* docebit hora IX-X. Ill. MASCOVIO praeunte; hora XI-XII. *Ius feudale*, WOLFIO duce, exponet; h. III-IV. *Historiam S. R. Germ. Imperii* tradet, ad ductum *introductionis* suae: hora denique IV-V. *Historiam uniuersalem Regnorum Europae* explicabit, sequetur compendium suum, cui titulus est, *Einführung in die Geschichte der Europäischen Königreiche und Staaten*.

CAROLVS FRID. PAULI hora IX. *Histor. Imp. R. G.* XI. *Notitiam Statisticam Imp. R. G.* III. *Histor. Silesiae*. IV. *Histor. uniuersalem*, docebit. Publice vero diebus Mercurii & Saturni hora I. *Notitiam Statisticam Nobilitatis Superioris & Inferioris Germ.* proponet.

10. PHILIPPVS CARRACH priuatim 1) hora XI. antemerid. ad B. DNI. HEINECCI *Elementa Iuris Civilis secundum ordinem Institutionum* commentatur tradet principia iurisprudentiae priuatae Romanae, Germanicae & Brandenburgicae, dein 2) doctrinae *Iuris Aulici Germanici, des Teutschen Hofrechts*, VI & 3) demonstrationi *Praxeos Iuris Gentium & Publici Germanici* vacabit horis propediem publice indicandis, ad exercitia simul paratus *examinatoria ac disputatoria*.

D. ERNEST. FRIDER. KNORRE, 1) hor. VIII-IX. *Perillufris BOEHMERI Elementa Iurisprudentiae criminalis*, nec non 2) hor. XI-XII. HEINECCI *Elementa Iuris civilis secundum ordinem Institutionum*, interpretabitur. Tandem 3) hor. I-II. die sabbathi *Exercitium disputatorium* idem desiderantibus offert.

D. HENR. CHRISTIAN. ALBERTI, hoc semestri aestiuo, b. c. Deo priuatim diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris hora VIII-IX. Botanicam iterum methodo consueta docebit. Publice vero die Saturni hora VIII-IX. Collegium repositorium plantarum, ante dictis diebus praemonstratarum, habebit; Excursiones botanicas hora III. inchoabit. Initium harum lectionum erit 3 Maii.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN per infans semestre pathologicae acroasae publice proponet; priuatim autem BOERHAAVII institutiones medicas atque infantum morbos explicabit.

D. ERN. ANT. NICOLAI publice morbos infantum pertractabit, priuatim vero physiologiam, pathologiam generalem & specialem, semioticam & methodum medendi docebit. Horas his collegiis destinandas e valuis indicabit publicis.

F. C. IVNCKER *publicis* horis de medicamentis, quae in pharmacopolarum officinis parata prostant, ad ductum *Dispensatorii* Poruffo-Brandenburgici exponet, eorumque vires ex rationibus physico-chemicis deriuabit. *Priuatim* autem lectionibus hora X. *pathologiam*, XI. *physiologiam* & II. post meridiem *materiam medicam* docebit. Neque illis deerit, qui disputando se exercere intendunt.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, cursum philosophicum iam inchoatum continuaturus, nundinis Lipsiensium vernalibus finis b. c. D. inchoabit denuo 1) *cursum philosophiae* recentioris, duce BAYMEISTERO; 2) *epistolographiam germanicam* generis saeculi accommodatam, paucis quidem praeceptis, multis vero exercitiis addiscendam; 3) *artem dicendi*, quam *oratoriam* vocant, regulis itidem & exercitationibus multiuariis pertractandam; horas laboribus hisce destinandas ad cuiuslibet notum, quantum fieri poterit, determinaturus. Quod reliquum est, nulli ab eo desideranti vmq̃quam deerit, *fundamenta linguae Latinae* exponere, *carmina*, *orationes*, *epistolas*, *vitae curricula* aliaque scripta, tempestiue modo indicata, elaborare. Plura coram.

CHRISTIANVS WEBER hor. VII-VIII. *matutina Ius naturae & gentium* duce WOLFIO, h. IX-X. *Metaphysicam eiusdem*, & h. II-III. *Logicam CORVINI* explicabit.


D. IO. PET. EBERHARD, *Publice* disputatorium collegium de rebus physicis & medicis inchoabit. *Priuatim* h. VIII-IX. *Mathesin puram*, h. IX-X. *Mathesin adplicatam* docebit, vtramque duce WOLFIO, h. I-II. *Physicam* tradet ad ductum compendii proprii, & h. II-III. *Physiologiam*, securus compendium Hoffmannanum ab Illustri BÜCHNERO editum, iuncto proprio *conspectu Physiol. & dietet.* Neque iis deerit, qui pathologiam, therapiae & clinicis elaborationibus iunctam, priuatissime ab eo desiderabunt.

FRID. WILH. ELLENBERGER tam philosophicis quam philologicis explicandis nauabit operam. Duce enim CORVINO *Logicam* interpretabitur hora II-III. *Metaphysicam* Cel. Giesfensi Philosopho BOEHMIO hora X-XI. exponet, exercitiumque disputatorium diebus Sabbati hora II-III. continuabit. Ex *Philologia Introductionem in Nouum Testamentum* sumet explanandam praelectionibusque accommodata typis excubiri curabit. Hora VII-VIII. *matutina*. Hebraeae denique linguae *notitiam conciliaturis librum aliquem Veteris Testamenti ex fonte grammaticae & critice* tradet hora V-VI.

HALAE MAGDEB. LITTERIS HENDELIANIS.







DESIGNATIO LABORVM

QVOS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
IMMINENTE SEMESTRI AESTIVO

AD
STVDIOSAE IVENTVTIS INSTITVTIONEM
IMPENDERE CONSTITVERVNT.

PRORECTORE
IOANNE IVNCKERO
MEDICINAE PROFESSORE.



P. P. D. XVI. APRIL. MDCCLVI.



LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS
AC
PROFESSORIS MATHESEOS



IO. IVNCKER de formulis medi-
publicis praecepta tradet & simul
cebit. Horis *privatis* Therapiam
cabit & memorabilibus exemplis
uatisissima schola proeuctiores, con-
IO. ERNESTVS FLOERCKE publice
suas *Jurisprudentiae Ecclesiasticae* instituet. *Priv-*
Jurisprudentiam Romano-Germanicam & hora 11.
nonici explicabit. Hora XI - XII. tradet *Jus*
der heutigen Staats-Verfassung des teutschen Reichs
KNORRIO in seiner Anleitung zum gerichtliche
dicio, exercitia elaboratoria atque relationis actorum
IO. ANDR. DE SEGNER, Publice, p
traderet artem *Scenographicam* hora 11. Huius
cebit *Astronomiam* hora IX. *Physicae experimen-*
tum introductionem suam, hora XI; atque
triat., ex noua Elementorum suorum editione

